



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 46. Quorumdam Episcoporum oppositio contra Symboli  
promulgationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

ipse Fanensis Episcopi sententiæ acces- Sæcul. XVI.  
A.C. 1546.  
sit, illamque confirmavit exemplo To-  
letanarum Synodorum, in quibus me-  
morati Symboli professio semper quod-  
cunque aliud Decretum præcesserat.

### §. XLVI.

#### *Quorundam Episcoporum oppositio contra Symboli promulgationem.*

**E**piscoporum nonnulli, atque inter eos *Pallav. I. c.*  
præcipue Bituntinus, & Clodiensis  
hæc exponebant: „ Haud congruum  
„ videtur, quod eo duntaxat ex fine Sef-  
„ sio celebretur, ut in ea recitetur Sym-  
„ bolum, quod tamen mille ducentis ab-  
„ hinc annis fuit receptum, & a nemine  
„ impugnatum: nam hoc agendi modo,  
„ ajebant ipsi, Patres sese æmolorum  
„ ludibrio, inquis vero criticorum sermo-  
„ nibus exponerent. Neque etiam hanc  
„ in rem veterum Conciliorum exem-  
„ pla sunt adducenda, eoquod tum in il-  
„ lis Patres vel Symbola contra hære-  
„ ses a semetipsis damnatas composui-  
„ sent, vel priora Symbola, quæ adver-  
„ sus hæreses antea ab aliis fuerunt fa-  
„ cta, ad augendam eorum auctoritatem  
„ adjecta quadam explicatione innova-  
„ sent, vel saltem ea rursus in memo-  
„ riā revocare studuissent: nunc au-  
„ tem nec de Symbolo recens conficien-  
„ do,

**Sæc. XVI.** „do, nec per quamdam explanationem  
A.C. 1546. „augendo agitur; omnibus equidem  
„constat, quod olim ex ipso Symbolo  
„hæretici, qui contra quemdam illius  
„articulum erraverunt, fuerint convicti;  
„ast illud frustra adhibetur adversus Lu-  
„theri Sectatores, qui omnes Symboli  
„articulos æque ac Catholici credunt.  
His insuper Episcopus Clodiensis sub-  
junxit, quod rationes in Decreto alla-  
tæ ab hæreticis in rem suam verti po-  
sent; si enim Symbolum ad infideles  
convertendos, hæreticos expugnandos  
atque ad fideles in fide roborandos con-  
ducit, facile exinde inferre possent hære-  
tici, quod ad alia, quam ea, quæ in Sym-  
bolo continentur, cogi nequeant. Ve-  
rum his ceteri opponebant, quod in ex-  
plananda quacunque doctrina a princi-  
piis, iisque certissimis, ac maxime re-  
ceptis ordiri fas esset. Præplacuit ho-  
rum sententia Legatis, eo potissimum  
nomine, quod res pacato animo fuerit  
proposita, quo circa in confessu altera die  
tertia Februarii habito Symboli pro-  
mulgatio ex plurimorum suffragio fuit  
decreta.

### §. XLVII.

#### *Sessio III. Concilii Tridentini.*

*Labbe Coll.*  
*Conc. t. 14.*  
*p. 743.* **D**ie quarta ejusdem mensis, ad quam  
Sessio tertia fuit indicta, Synodi Pa-  
tres